



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.44. Joannes jejunans Patriarcha Constantinopolitanus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

sexto gesta sunt. Ingundem vero Her-
menegildi Conjugem Leovigildus capere
non potuit, sed illa in potestate Græco-
rum remansit, dumque illi iter faciunt
Regiam Principem cum filio parvulo ad
Imperatorem perducturi, præmaturo fa-
to e vivis erepta est. Timuit Leovigil-
dus, ne Childebertus Rex defunctæ fra-
ter, injuriam sororis ulturus, sibi bellum
inferret; hinc Chilperici affinitatem ex-
optans pacta de Nuptiis filii sui Recare-
di secundo geniti & Riguntis hujus Re-
gis filix iniiit. Ecce vero antequam
Sponsa in Hispaniam perveniret, Chilpe-
ricus interfectus est, & hæ Nuptiæ nun-
quam initæ sunt. S. Leander Episcopus
Hispalensis Constantinopolim perveniens
Hermenegildi Legatus novum ibi Pa-
triarcham, & novum Imperatorem in-
venit.

§. XLIV.

*Joannes jejunans Patriarcha Constan-
tinopolitanus.*

Euty chius Patriarcha post reditum ad-
huc dum annis quatuor in vivis egit,
& patravit aliqua miracula. Jam Septua-
genarius in morbum incidit, atque Ti-
berio Imperatori ægrotantem se invisen-
ti prædixit Sanctus Episcopus, ipsum
Principem brevi moriturum. Illo etiam
tempore S. Gregorio violenta Febri de-

Sæculum VI.
A. C. 581.

Jo. Bictar.
Greg VI.
hist. c. 43.
VIII. c. 28.

vit. S. Eut.
ap. Boll. 6.

Apr. c. 10.
Greg. XIV.
Mor. c. 29.

I 5 cum

Sæculum VI. cumbenti, amici, qui Eutychium invi-
 A. C. 582. lebant, narrarunt, quod se præsentibus
 cutem manus suæprehendens diceret:
Confiteor, nos omnes in hac carne resur-
recturos. Hinc eo defuncto S. Grego-
 rius in illum errorem inquirere desit,
 quia præterea vix paucos invenire erat,
 qui hanc opinionem sequerentur. Eu-
 tychius Dominica post Pascha quinta A-
 prilis anno 582. obiit, at Ecclesia Græ-
 corum ejus Memoriam sexta colit. Die
 ab obitu ejus sexto electus est Joannes
 Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitane
 Diaconus Cognomento jejunans, qui il-
 lam Sedem annis tredecim tenuit.

Menol. 6.
April.

Theoph. p.
213.

§. XLV.

Tiberii obitus. Mauritius Impe-
rator.

Chr. Pasch. Tiberius Imperator, cum vires defice-
p. 376 rent, Mauritium Cæsarem quinta Aug.
Theoph. ibi. eodem anno 582. Indictione decima quin-
 ta pronuntiavit. Porro decima tertia
 ejusdem Mensis Constantina filia sua ei-
 dem in Matrimonium data, ipsum a Joane
 Patriarcha Imperatorem coronari jus-
Theoph. ibid. sit. Tiberius die sequente e vita ces-
 sit, postquam a Justini obitu annis qua-
Evagr. V. tuor imperasset. Mauritius annis vigin-
hist. c. 19. ti Imperium tenuit, natus Arabissæ in Cap-
 padocia ex Familia, quæ olim Roma
 Constantinopolim migraverat. Ab Im-
 pera-